<sup>27</sup> *Ivi*, f. 84r: «Ostendo quod non sit idem instans secundum substantiam in toto tempore. Primo sic: impossibile est quod inter aliquam entitatem secundum substantiam simpliciter indivisibilem mediet aliqua entitas divisibilis. Sed inter quaecumque duo instantia in tempore, secundum doctrinam Aristotelis in sexto (huius), cadit tempus, igitur impossibile est quod substantia huius instantis et illius sit una impartibiliter [...] Confirmatur: accipio duo instantia inter quae clauditur aliqua pars temporis, tunc vel substantia istius instantis est substantia illius vel non, vel alia. Si alia, habetur propositum [...] Item, accipio duas partes temporis, puta praeteritum et futurum, et accipio instans quod continuat istas duas partes. Nunc quaero aut substantia huius instantis transeunte ista parte et adveniente alia, puta quando pars futura transit in praeteritum, quaero an tale instans secundum substantiam eius corrumpitur vel remanet. Si dicatur quod substantia eius transit et deficit sicut pars et pars quam copulat, habeo propositum. Si dicatur quod substantia eius non desinit, igitur sequitur quod transeat de subiecto ad subiectum et de maiori parte temporis ad aliam partem. Sed hoc est manifeste impossibile, igitur etc. Item, sicut se habet mutatum esse ad motum et punctus ad lineam, ita se habet instans ad tempus. Ista est propositio Aristotelis. Sed mutatum esse in motu et punctus in linea non sunt secundum substantiam unum, igitur nec per consequens instantia in tempore. Minor patet: de punctis enim in linea satis est clarum. Nam uno puncto corrupto alia possunt remanere. Quando enim duae partes lineae fiunt in actu, iste punctus qui recopulabat corruptus est, aliter esset in duo divisus, et sunt duo de novo producti [...] Item, sequitur quod plura essent simul. Probatio: nam cuilibet mutato esse in motu correspondet suum nunc in tempore. Per te autem manet idem nunc in toto tempore secundum substantiam, igitur et omnia mutata esse in motu sunt in eodem nunc, ex quo sequitur quod plura nunc correspondentia pluribus mutatis esse erunt simul. Hoc est impossibile, igitur (etc.)».

<sup>28</sup> *Ivi*, f. 84r-v: «Sed contra istam (opinionem) arguitur per rationem Aristotelis. Si instans

The author of the questions treats these objections seriously and is swift to admit that neither instant nor *mutatum esse* perishes. He remarks that some authors (*aliqui*) claim that an instant does not come to being or perish in the proper sense but instead it begins and ends (*incipit et desinit*). The solution he himself favours is still different. According to our author, to say that instant or *mutatum esse* does not perish in time is tantamount to saying that time is not a measure of their destruction and this, as such, is true. He prefers, however, to use the term 'pass' (*cedere*). Instant and *mutatum esse* pass when time passes at something indivisible. A present instant passes by becoming past but something does not become past only because an indivisible passed into something else. An instant passes only at the end of a process that involves something divisible. The fact that there is a process does not mean that we can speak of an instant passing part by part, because it is indivisible, but that it always accompanies the end of a period. Accordingly, it is impossible to speak of the first instant of passing.<sup>29</sup>

Throughout the discussion concerning the destruction of instant, our author maintained its indivisibility. Indeed, in his characteristic of it he

---

non manet unum secundum substantiam, tunc corrumpetur. Consequens est falsum, igitur et antecedens. Falsitas consequentis probatur, quia vel corrumpetur in se ipso, et hoc non, quia tunc simul esset et non esset; vel in aliquo instanti, et hoc modo non, quia vel corrumpetur in praecedente vel in sequente. Non in praecedente, quia corrumpetur antequam esset; nec in sequente, quia vel in mediato vel in immediato. Non in mediato, quia sic non est immediatum in instanti, nec in immediato, quia inter talia instantia cadit tempus medium, et cum in quocumque tempore sunt infinita instantia, igitur per consequens illud instans non posset corrumpi, quoniam corrumpentur infinita instantia, quod est falsum, igitur etc. Item, aut corrumpitur quando est, aut quando non est. Non quando non est, quia tunc simul haberet esse et non esse, et quando est incipit esse, ergo quando habet esse incipit esse, quia illud quod nunquam fuit nec in toto tempore praeterito fuit incipit esse. Sed sic non fuit, igitur per consequens incipit esse; ergo quando habet esse incipit esse. Sed quod incipit esse non desinit esse, cum sint opposita, igitur quando est, non desinit esse (seu corrumpitur), nec quando non est, quia quando est, corruptum est, igitur (etc.)».

<sup>29</sup> *Ivi*, f. 84v: «Ad primum dicunt aliqui quod instans proprie non corrumpitur nec generatur, quia omnis generatio vel corruptio mensuratur aliqua mensura. Verumtamen potest bene desinere vel incipere. In plus enim se habet inceptio quam generatio [...] Et ideo dico aliter, quod instans vel mutatum esse non corrumpitur in tempore, non sic intelligendo quod sit tempus mensura corruptionis eorum, sed quia cedunt ad cessationem temporis et alicuius indivisibilis. Indivisible enim non cadit nisi per cessionem alicuius divisibilis. Unde instans nunc praesens non cedit nisi per hoc, quod sit praeteritum. Non autem sit praeteritum per solam cessionem indivisibilis [...] Ista igitur propositio est necessario concedenda, quia omne indivisible cedit divisibili, non sic quod una eius pars primo cedat primo et postea alia, cum sit indivisible, sed quia non cedit nisi ad cessionem alicuius divisibilis [...] Non sequitur igitur cessum esse est divisibile, quia si ad cessionem alicuius divisibilis, igitur quia quando cessum est, non est. Sed bene concedo quod cessum est est divisibile, nec contingit dare primum instans, nec primam partem temporis in quo cessum sit. Sicut non contingit dare primum instans, nec primam partem motus, nec primum instans post terminum a quo, ut probatur sexto huius».

states that it is repugnant to divisibility into *signa realia* and thus it is impossible to assign priority or posteriority to it. On the other hand, he concedes that what is impossible really, is possible *secundum rationem*. What is more, in the same instant of time one can assign not only many *signa rationis* but also *signa naturalia*, introducing order of priority. Our author assures his readers, however, that it does not bring about any contradiction.<sup>30</sup> The analysis of properties of instant is closed with an answer to the most important question concerning its ontological status. The author of the commentary rejects here the twofold division into substance and accident, saying that instant is a certain reality, which is neither of the two.<sup>31</sup>

Having established the characteristic of instant our author proceeds into the discussion of its relation to time. Instant is said to be actually in time. Its actuality is called 'present' (*actualitas praesentis*) to stress that only the present instant exists actually, all other ones being either past or future.<sup>32</sup> The fact that instant, understood as the present, actually exists in time does mean, however, that it is its part. On the contrary, the author of the questions argues that it cannot be a part of time, for all parts of time are divisible, since time is divisible in proportion to the division of space.<sup>33</sup>

---

<sup>30</sup> *Ivi*, f. 84v-85r: «Impossibile est in eodem instanti assignare realiter alteritatem prioritatis et posterioritatis. Probatur: in simplici indivisibili non potest assignari alteritas prioritatis et posterioritatis. Sed instans est simpliciter indivisibile, igitur etc. Maior patet, quia ubi est prius et post, ibi plura, et per consequens divisibilitas [...] In instanti potest assignari alteritas prioritatis et posterioritatis secundum rationem. Hoc probatur, quia illud instans est principium unius partis temporis et finis alterius. Sed principium et finis dicunt alteritatem prioritatis et posterioritatis, igitur (etc.) [...] Instans non est divisibile in plura signa realia. Probatur: nam tunc instans esset divisibile et quodlibet istorum signorum esset instans et sic unum instans esset plura instantia, quorum utrum est falsum [...] In eodem instanti possunt assignari plura signa rationis. Probatur, quia idem instans est principium et finis, tum quia in eodem instanti temporis sunt plura signa naturae et cum similitate instantis temporis stat prioritas secundum naturam, quod patet, quia propria passio est in eodem instanti temporis cum suo subiecto, et tamen est post natura etc.

Sextum dictum est istud quod ista alteritas prioritatis et posterioritatis secundum rationem non ponitur contradictoria, de eodem posset verificari in eodem instanti temporis. Probatur: impossibile est quod in eadem mensura realiter indivisibili aliquid sit et non sit. Sed instans est realiter indivisibile, igitur (etc.)».

<sup>31</sup> *Ivi*, f. 85r: «Ista divisio non est immediata proprie loquendo de substantia et accidente; de multis enim oportet dicere quod nec substantia nec accidens potest essentialiter praedicari de ipsis, nec de multis differentiis et de multis aliis. Ista igitur divisio non est immediata sed bene ista: omne quod est vel est substantia vel accidens vel aliqua realitas huius vel illius».

<sup>32</sup> *Ivi*, f. 85r-v: «Triplex est actualitas: quaedam separationis, ut illud indivisibile dicatur actu sic quod habeat esse separatum in tempore, et illo modo est impossibile; alia est actualitas actualis terminationis, ut illud indivisibile dicitur esse actu, quia actu terminat illud cuius est, ut puncta extrema in linea dicuntur esse actu ista actualitate. Instans autem continuans partem praeteritam cum futura est solum praesentis; alia vero transierunt, ut quae sunt in praeterito, vel sunt transeunda, ut quae sunt in futuro».

<sup>33</sup> *Ivi*, f. 85v: «Praesens nullo modo est pars temporis. Probatur: omnis pars temporis habet



And when it is said that it is owing to the present, which conjoins the past and the future, there is time, the author replies that this is no wonder: a man is called crisp-haired because his head is covered with crisp hair, even though head is not the whole man.<sup>34</sup> It is clear then that the present, or 'now' is nothing but an indivisible, or instant, conjoining the past and the future.<sup>35</sup>

The second large issue concerning time in relation to other things is focused on motion. It is interesting to observe how hard the author of the *Questiones* tries to maintain the precise distinction between time and motion, even though he acknowledges their mutual relations. It has already been said of time that we can call it present, although it is entirely composed of past and future parts. According to our author this is because the parts continually follow one another until a present state (*mutatum esse*) in such a way, that each part of time corresponds to a proportional part of motion.<sup>36</sup> The continuity of time, however, is different from that of motion, not because motion does not share the same characteristics, but because time and motion have different objects of continuation: in the former case, it is the instant, in the latter, the *mutatum esse*.<sup>37</sup>

---

partes. Sed praesens non habet partes, igitur (etc.). Minor probatur: cuiuslibet successivi habentis partes una pars succedit alteri et una est ante aliam, et una facta antequam alia. Sed praesenti non potest assignari quod una pars succedit aliae, et quod una pars sit ante facta, igitur (etc.) [...] Sequitur igitur quod praesens non sit pars temporis, quod est ens successivum. Item, tempus dividitur ad divisionem spatii, sexto huius. Sed in spatio semper una pars est prior, alia posterior, et post quamlibet partem est alia pars, et una est extra aliam, quia omne continuum habet partem extra partem, igitur in tempore omnis pars vel esset prior vel posterior. Sed hoc non potest assignari de praesenti, quia quod prius est factum non est praesentialiter factum, igitur sequitur quod praesens non est pars temporis».

<sup>34</sup> *Ivi*, f. 80v: «Licet in instanti non sit tempus, nec pars temporis per existentiam, tamen instans actuale tempus dicitur in actu. Unde non sequitur ad hoc, quod sit tempus nisi aliquid indivisibile continens partem priorem cum posteriori. Declaratur exemplo: licet enim caput hominis non sit homo, tamen totus homo denominatur crispus, ex hoc quod crispitudo informat caput. Ex quibus patet declaratio entitatis temporis».

<sup>35</sup> *Ivi*, f. 85v: «Ipsum praesens non est aliquid nisi ipsum indivisibile vel ipsum nunc vel ipsum instans continuans partem praeteritam cum futura. Probatur: quodcumque dicitur esse praesens, dicitur esse nunc, et e converso, igitur nunc et praesens idem sunt. Sed nunc est indivisibile copulans (partem) praeteritam cum futura, igitur et praesens».

<sup>36</sup> *Ivi*, f. 86r: «Sicut fuit dictum de tempore, quod quaelibet eius pars sit facta et fienda, ipsum tamen tempus dicitur esse praesens per actualem continuationem unius partis cum alia ad mutatum esse praesens, ita quod cuilibet parti temporis correspondet proportionaliter pars motus, ita quod parti praeteritae respondeat pars facta in motu et futurae fienda etc., requiritur quod sicut fuit actualis continuatio in tempore unius partis cum alia, ita etiam in motu fit actualis continuatio».

<sup>37</sup> *Ivi*, f. 80r: «Unde continuitas motus est alia a continuitate temporis. Probatur: continuitas, cuius continuatum est alterius rationis, ipsa est alterius rationis. Sed continuatum temporis et motus sunt alterius rationis, quia (sunt) instans et mutatum esse».

It is not only the continuity of time and motion that differ. In two separate places in the questions the author produces lists of propositions dealing with differences and similarities between the two. From the first one, we can learn that time that is in the motion of the *primum mobile* is really different from the inferior motions it is the measure of. On the other hand, if one compares all time and all motion of the *primum mobile*, time is not really different from the motion in which it is subjectively. The same is true for spatial time and motions. The author argues that since it is impossible for motion to exist without time, even by the power of God, they cannot be really different. To the objection saying that there is a real relation between time and motion (sc. that of measuring) and the extremes of a real relation must be really different our author replies that this relation involves time in general and particular motions, and those are, indeed, really different. Finally, time is formally different from motion, just like an attribute is different from its subject. It can be called an attribute of motion because it adds to it an aptitude allowing it to be measured in the same way as risibility allows man to smile. Materially, time and motion remain the same.<sup>38</sup>

---

<sup>38</sup> *Ivi*, f. 82r: «Tempus quod est in motu primi mobilis subiective distinguitur realiter a motibus inferioribus quos mensurat. Haec (propositio) probatur sic: quaecumque sunt praecisibilia ad invicem, non sunt idem realiter. Sed tempus primum et motus inferiores sunt huiusmodi, igitur etc. Minor probatur, quia si nullus esset motus hic inferius adhuc posset coelum moveri, et per consequens tempus esset similiter cessante motu primi mobilis, et per consequens esset tempus, etsi nullus motus esset hic inferius, ut probatum est supra. Item, quaecumque duo accidentia sunt in distinctis subiectis, illa sunt distincta realiter. Tempus primi mobilis et motus inferiores sunt huiusmodi, igitur (etc.) [...] Comparando totum tempus ad totum motum primi mobilis, tempus primum non distinguitur realiter a motu in quo est subiective. Similiter tempus spatiale non distinguitur realiter a motu in quo est. Probatur: omne absolutum prius natura alio distinctum realiter ab illo potest per potentiam Dei separari ab illo. Ista patet infallibiliter. Deus enim potest separare quaecumque absoluta non dependentia, quare enim Deus non potest ista separare duo? Hoc est propter dependentiam ad invicem vel propter eorum identitatem realem. Sed impossibile est per aliquam potentiam motum esse sine tempore. Hoc patet, quia non potest esse motus quin sit prius et posterius et alia pars praeterita et alia futura. Haec autem sunt ipsum tempus, igitur (etc.). Praeterea, tempus est passio motus, passio autem non distinguitur a subiecto, ut suppono et probatum fuit in primo libro, igitur (etc.) [...] Contra [...] Quaecumque ad invicem referuntur relatione reali, illa talia non sunt idem realiter, quia relatio realis requirit duo extrema realiter, quia relativa sunt quorum esse ad aliud realiter refertur. Sed tempus et motus sunt huiusmodi. Patet, quia se habent sicut mensura et mensuratum. Confirmatur: idem ad se non refertur ratione reali, quinto *Metaphysicae*. Item, cuiuscumque partes continuantur ad aliquem terminum essentialiter, habent essentialiter aliam et aliam continuitatem, et per consequens eius quantitas est essentialiter distincta. Sed mutatum esse, ad quod copulantur partes motus, et instans non sunt idem essentialiter, igitur (etc.). Respondeo. Ad primum dico quod mensura extrinseca refertur realiter ad mensuratum, et sic comparando tempus commune ad motus inferiores, sic ipsa distinguuntur realiter. Ad confirmationem per idem. Ad secundum dico quod nunc et mutatum esse omnino sunt idem essentialiter, distincta tamen ex natura rei [...] (Tempus) distinguitur formaliter a motu. Patet, quia passio distinguitur formaliter a subiecto, igitur (etc.). Unde tempus

The second list of propositions is but a sketch, yet it must be noted, because some of them seem to contradict the ones from the earlier list. It is said there that time is not really identical with the motion of *primum mobile*, or motion taken in general; furthermore, it is neither the continuation of motion nor its essential quantity. The latter two propositions go well in line with what has been said so far. Not so with the first couple. As for the first proposition, the author argues that though there cannot be many times, there can be many worlds and, consequently, many motions of the *primum mobile*. As for the second, he argues that if the two were really the same, then time could not exist without motion; moreover, the quantity of motion would have to be commensurate with the quantity of time, which is not the case, since there can be a greater motion in a smaller time and vice versa.<sup>39</sup>

These apparent *aporiae* induce us to pose a question whether time can exist without motion. The questions provide us with an answer. Our author staunchly rejects the idea that time can precede motion, saying that it is contrary to both theological authority (impersonated by St. Augustine and Venerable Bede) and reason, since time, which is not a substance, must exist in motion as its subject. Consequently, there will be no time if all motion ceases. Moreover, time is what follows (*est sequela*) motion, because it is successive, and everything that is successive is funded on motion. Besides, as a measure of motion, it must be proportionate to it and uniform (*unigenum*) with it. The argument that time also measures rest is worthless, since rest is measured *per accidens* in proportion to motion.<sup>40</sup>

---

addit aliquid supra motum, scilicet respectum aptibilem, sicut risibile addit respectum aptibilem supra hominem. Unde sicut homini accidit quod actu rideat, ita accidit motui quod actu numeratur; addit igitur tempus supra motum numerabilitatem. Tempus igitur et motus sunt idem materialiter, formaliter tamen distincta».

<sup>39</sup> *Ivi*, f. 92v-93r: «Tempus non est idem realiter quod motus primi mobilis; [...] tempus non est realiter quod motus generaliter; [...] tempus non est continuatio motus; [...] tempus non est quantitas essentialis motus [...] Primum sic probo. Quaelibet pars temporis est tempus. Sed non quaelibet pars circulationis est circulatio, igitur tempus non idem est quod ipsa prima circulatio. Praeterea, possibile est plures primas circulationes esse simul. Sed secundum Philosophum octavo *Physicorum*, capitulo decimo, non possunt esse plura tempora, igitur non est idem tempus cum ipsis. Antecedens patet, quia possibile est fieri plures mundos [...] Secundum, quod tempus non erit idem realiter quod motus generaliter sumptus: nam motus est solum modo in mobili realiter. Sed tempus non est solum modo in illo, sed etiam in quacumque re alia temporali, igitur ipsum non est idem quod motus. Si enim esset idem, non posset esse nisi ipse motus esset [...] Praeterea, si tempus et motus realiter essent idem, quantitate motus commensuraretur quantitas temporis. Consequens est falsum, igitur illud ex (quo) sequitur. Consequentia tenet. Sed falsitas consequentis probatur, quia maior motus potest fieri in minori tempore, et minor in maiori».

<sup>40</sup> *Ivi*, f. 82v: «Contra primam conclusionem, quod tempus non sit ab aeterno, per Augu-

In this way, we arrive at a conclusion: time is twofold in character. On the one hand, it common and general, corresponding to the motion of the *primum mobile*; this time measures the motion of the *primum mobile* by inherence and all other motions, as an assisting measure. On the other hand, time can be particular or spatial, i.e. of limited duration; this time is inherent to particular motions. Thus, it can be said that there is only one time, which is an extrinsic measure of all temporal beings; this is time in the general sense, which cannot be multiplied but is first in the genus. What can be multiplied is the particular time, corresponding to particular motions, each of which must have its inherent time being its measure. Following St. Augustine our author notes here that such particular time can last even after cessation of the motion of the *primum mobile*. He adds that by the power of God, there could be separate motions with their separate times.<sup>41</sup>

---

stinum et Bedam et omnes Super Genesim, qui ad litteram ponunt fuisse productum ab initio mundi. Unde ponunt simul quattuor creata, scilicet naturam angelicam, coelum empireum, primam materiam et tempus. Praeterea, per te ab aeterno fuit tempus, igitur ab aeterno aliquid subiectum habuit. Sed Deus non fuit, quia non est subiectum accidentis, igitur ab aeterno fuit aliqua creatura, quae fuit subiectum temporis. Sed hoc est contra veritatem [...] et fidem, igitur (etc.). Nec videtur, salva sua reverentia, secundum veritatem omne dictum, quod tempus nihil habet pro subiecto, [...] sed est quoddam consequens ipsum motum vel sequela. Nam omne ens vel est ens per se, vel in alio. Tempus non est per se ens, cum non sit substantia, igitur est in alio [...] Ratio, quia tempus inest omni motui et soli et semper, ut patet (per) Philosophum. Quod etiam sequela sit motus, probatur. Omnis mensura successiva est consecutio entis formaliter successivi. Sed omne successivum est motus vel fundatur in motu, quod dico propter actionem et passionem, igitur (etc.). Maior patet, quia nullum successivum potest mensurare ens permanens. Ista (propositio) patet, quia mensura et mensuratum debent esse unigena et debent etiam proportionari, cuiusmodi non sunt permanens et successivum. Dico igitur, quod cessante omni motu non esset tempus positive nisi solum privative [...] Quo modo per accidens (aliquid) tempore mensuratur? Hoc igitur imaginor sic, quia eo quod tantus motus posset fieri in tanto tempore, ideo pro hoc quod aufertur motus per tantum tempus secundum mensuram motus, quae posset fieri in toto tempore indicamus totam quantitatem esse quietis et dicimus quietem durare per unum diem, quia igitur motum illum; sic etiam mensuratur per se ideo et quies, cuius quantitas indicatur ex motus quantitate, qui posset fieri in tanto tempore, dicitur mensurari tanto tempore, et hoc est per accidens».

<sup>41</sup> *Ivi*, f. 81r: «Duplex est tempus: quoddam commune et generale, cuiuscumque motus particularis per assistentiam mensurae et motus primi mobilis per inhaerentiam mensuratur, quia soli illi inhaerentia est quasi subiecto et nulli alteri, et istud est tempus correspondens primo motui primi mobilis. Est aliud tempus spatiale, id est quasi particulare spatialiter et particulariter sumptum et istud sic respondet motui particulari, quia sibi existenter inhaeret. Praemisso hoc pono duas conclusiones. Prima est ista, quod omnium temporalium est unicum tempus, [...] omnium aliorum mensura motuum extrinseca. Hoc probatur. Omnium motuum est aliquis motus primus et ipsorum regula, igitur et ipsorum omnium est unum tempus [...] De isto tempore dicit Aristoteles quod impossibile est ipsum plurificari, sicut nec mobilia prima, nec motus primi. In omni enim genere entium est dare unum primum ad quod omnia reducuntur. Secunda conclusio est haec, quod tempus particulare vel spatiale necessario est plurificabile, ita quod ad plurificationem motuum realium sequitur necessario plurificatio temporis [...] Item, impossibile est quod

These comments shed some light on the above *aporiae*. It seems they can be solved if we accept that 'time' is meant there to stand for particular time, which obviously is really different from the motion of the *primum mobile*, or motion taken in general, because it corresponds to a particular motion.

In this way, we have come to the final problem of the *Quaestiones*, the question whether time exists beyond the soul. The question is repeatedly addressed in several places within the *Quaestiones* but unlike the preceding one, it is always answered in a uniform way. As has been said above, our author rejects the opinion of Peter Auriol that time and *aevum* exist only in the soul. He adds that this proposition was one of the articles condemned by the bishop of Paris.<sup>42</sup> His own solution is that time is a formal being that exists totally beyond the soul. He argues that it is unimaginable to claim that time is formally in the soul and materially beyond it presenting a number of arguments. In the first place, changes that occur in time take place without any operation of the intellect. Secondly, the termini of time, i.e. *prius et post*, are opposite and cannot exist at the same time in their formal subject, whereas in the intellect, sense, or medium they are not opposite. Thirdly, in time facts are always co-ordinated as occurring at the same time or one after another; in the soul there is no such constraint and facts can be analysed separately from one another. The final remark observes that time must exist beyond the soul for it is a subject of consideration of a physicist, who is not interested in mere products of the soul.<sup>43</sup> The external existence of time is characterised as an imperfect

---

aliquis sit motus sine temporis praesentia, quae sit eius mensura. Ista (opinio) patet cuilibet philosophanti, quia omnis motus tempore mensuratur. Sed cessante motu primi mobilis et per consequens primum tempus cessabit, [...] potest etiam esse aliquis motus hic inferius, igitur oportet quod sibi respondeat proprium tempus, quod sit eius mensura. Maior probatur per istam *Scripturam* [...] sic: In *Iosue* habetur planum quod cessante motu primo erat motus pugnantium. Idem, Augustinus quod cessante motu coeli moveri posset rota figuli. Ratione etiam sic: quia Deus posset absoluta distincta essentialiter quorum unum ab altero non dependet essentialiter facere unum sine alio, ista sunt huiusmodi, igitur (etc.)».

<sup>42</sup> *Ivi*, f. 83v-84r: «Contra istam opinionem (Aureoli) arguitur. Dicit enim tria manifesta falsa, primo enim hoc quod dicit tempus esse ab anima. Hoc enim [...] est articulus excommunicatus parisiensis per opinionem parisiensis (episcopi) et totam universitatem, qui determinaverunt esse erroneum aevum et tempus ponere in sola apprehensione animae, et ponitur sub centesimo nonagesimo nono».

<sup>43</sup> *Ivi*, f. 80r-v: «Tempus habet esse formale et appropriatum quantum ad eius entitatem totam extra animam. Unde non imaginor sicut quoddam quod sit formaliter ab anima et materialiter praeter animam, quia ex ente extra animam et in materia nulla est entitas. Pono igitur quod est extra animam omni actu intellectus circumscripto [...] Item, sine effectu animae potest esse transitus a contrario in contrarium et a contradictorio in contradictorium. Sed hoc non potest esse nisi in tempore, igitur (etc.) [...] Sed unum prius et aliud post, quae sunt etiam ipsum tem-

act, i.e. one mixed with potency. It is a mode of existence proper to successive beings, which only come into being.<sup>44</sup>

It must be noted, however, that our author somewhat softens his stance by admitting that time can be understood in a twofold way. If we analyse it in its continuity, i.e. its extension in the continuous flow, it has nothing to do with the soul. On the other hand, if we analyse it with respect to duration of a precisely determined period in the past or in the future, regardless of their relation to the present, then this understanding of time must include the operation of the soul, because it is the source of discretion contained in such concept of time. Discretion, as opposite to continuity, which is an essential property of time, can only be externally introduced into time.<sup>45</sup>

So much for the *Quaestiones supra libros Physicorum*. Now it is time to ask the fundamental question: can the doctrine of time presented there be

---

pus, supponunt etiam quando et quando autem est quod relinquitur ex adiacentia temporis ad rem temporalem, igitur (etc.). Item, in illo non esset tempus secundum esse formale proprium, in quo opposita temporis non habent oppositum et repugnantiam. Sed opposita temporis non habent oppositum et repugnantiam in esse apprehenso, igitur (etc.). Maior probatur, quia quaecumque opponuntur, habent oppositum in illo, in quo habent suum esse formale, verbi gratia album et nigrum sunt opposita et habent esse in sensu et in intellectu obiective, et in medio et in causa, et in subiecto, et nullam oppositionem habent in intellectu, quia simul possunt intelligere, nec in visu, quia simul possunt videri, nec in causa, quia simul ibi possunt esse, nec in medio per eandem rationem. Sed tamen habent oppositionem in subiecto ubi est formale eorum. Maior probo, quia oppositum temporis secundum Augustinum et Philosophum, quarto *Physicorum*, sunt prius et post; ista autem impressione animae sunt simul natura, id est naturali intelligentia, ut habetur in permanentis, igitur (etc.). Secundo sic: in illo non est tempus formaliter a quo vel in quo anima temporaliter non habet simultatem, prioritatem et posterioritatem. Sed hoc non habet in esse apprehenso, igitur (etc.). Haec minor probatur, quia (inter) illa quae fuerint simul facta, unum potest intelligere sine alio vel prius alio vel post aliud. Illa etiam quorum unum fuit prius alio possunt simul intelligere vel posterius factum potest intelligere prius, igitur (etc.). Item, nullum factum ab anima est ens reale. Sed illud quod non est ens reale non est de consideratione physici, igitur a primo ad ultimum tempus non est de consideratione physici, quod est falsum».

<sup>44</sup> *Ivi*, f. 93r: «Tempus et alia omnia successiva [...] habent tamen esse tertio modo, scilicet in actu permixto potentiae, hoc est imperfecto, quia tantum in fieri. Et ideo partes temporis sunt eo modo, quo eis potest competere esse».

<sup>45</sup> *Ivi*, f. 80v: «Tempus potest sumi dupliciter uno modo quantum ad eius continuitatem, sive pro illa extensione in fluxu continuo etc. – circa hanc continuitatem nihil facit anima; alio modo potest considerari quantum ad eius discretionem praescindendo et distinguendo illud, quasi praeteriit, quod iam acquisitum et pertransitum, ab illo quod futurum est, nec in sui futuritione est, et unum quodque istorum considerando inter terminos proprios praeteriti vel futuri, et futuri ut futuri, non considerando annexionem eorum in praesenti indivisibili etc. habent naturam discretorum; et illo modo anima se habet ad ista. Sed non solum ut contracta sunt ab ea, sed quasi in tali esse cognoscibili et praeciso et discreto posita. Talem enim discretionem et praecisionem non habent nisi ab anima. Hoc probatur, quia cuicumque ex natura rei inest continuitas, eidem ex natura rei non inest discretio. Patet, quia sunt oppositae differentiae quantitatis. Sed tempori ex natura rei inest continuitas, igitur impossibile est quod simul ex natura rei insit discretio».

labelled as Scotism? This may be established by comparison. Fortunately, there are several points of reference, both in Scotus' *Quaestiones super Metaphysicam* and in the works of his disciples. In the latter case, I shall look into the works of Antonius Andreae, to whom the text was attributed, and Landulf of Caracciolo, whose opinions were quoted with approval several times in the questions.

Scotus devotes only one question to the problem of time in relation to motion; in question 10 from book V he discusses whether time is the quantity that makes motion a quantity (*Utrum quantitas qua motus est quantus sit tempus*). Yet, even in this relatively short question we can find a number of traits, which could serve as sources for our author. According to Duns Scotus time is a measure of motion, and as a measure it must be really different from motion. The quantities of time, motion, and magnitude are distinct from one another, and consequently, what their respective parts are conjoined to is also distinct for each of the quantities: instant for time and *mutatum esse* for motion (he does not mention point for magnitude).<sup>46</sup> *Aevum* and time belong to the same genus of beings, i.e. to the category of quantity, yet are in different genera of measures, for they measure different things.<sup>47</sup> It is interesting to note that our author had left out most of Scotus' discussion of *aevum* with respect to instant or 'now' and time and made no mention of it in his questions. Apparently, he must have been more sensitive to the fact that *aevum* does not fit the subject of the *Physics* questions.

Antonius Andreae had addressed the problem of time more thoroughly than Duns Scotus. Regrettably, his questions to the *Physics* are lost and the only proposition from it that we know is the self-quotation in *De tribus principiis*. Antonius says there that time is really identical with motion though it is different from it formally.<sup>48</sup> This statement, apparently contradictory to the opinion of Scotus, has its direct counterpart in the list of propositions concerning the relation between time and motion in our text. The apparent contradiction may have given rise to the *aporiae* discussed above.

Another work of Antonius that can be analysed as a likely source of inspiration for our author is his *Quaestiones super XII libros Metaphysicae*. In it, we find two questions focusing on the problems discussed by our

---

<sup>46</sup> Cf. IOANNES DUNS SCOTUS, *Quaestiones subtilissimae in Metaphysicam*, ed. L. Wadding, («Opera omnia» IV) Lugduni, 1639, p. 631a.

<sup>47</sup> *Ivi*, p. 632b.

<sup>48</sup> Cf. note 1 of this paper.

author: *Utrum idem nunc vel instans sit in toto tempore* (book III, q. 3) and *Utrum tempus sit idem cum motu* (book V, q. 11). It seems no coincidence that these titles closely resemble those of our author's; their contents bear striking similarities, too. The similarities range from the way problems are discussed, for instance in both works the discussion of the relation between time and motion is preceded by distinctions concerning types of motion, time and measure, to the solutions, to particular arguments, e.g. the *rationes principales* of both questions on the instant contain the same argument saying that if there is only one 'now' in all time, things that happened in AD 1000 and today, would be simultaneous.<sup>49</sup>

The solutions given in both works are convergent on most important issues. In Antonius' *Metaphysics* questions, we can find some familiar propositions. Antonius distinguishes between two types of time, general and spatial, which correspond to the motion of the *primum mobile* and particular mobile objects, respectively. He states that time is really identical with motion and instant with *mutatum esse*, yet they have distinct natures, or are different only *secundum rationem*. There are two ways of measuring: something is measured intrinsically, when the measure is really identical with the measured object, e.g. the common time and the motion of the *primum mobile*; something is measured extrinsically, when the measure is really different from the measured object, e.g. the common time and particular motions. Divisibility of time is introduced by something different from it. In all time 'now' or instant does not remain substantially the same.<sup>50</sup> Although these similarities are probably insufficient to state that

<sup>49</sup> ANTONIUS (?), *Quaestiones...*, f. 83v: «Quaeritur utrum instans secundum substantiam sit idem vel maneat idem et unum in toto tempore. Et videtur quod non, quia sequeretur quod illa, quae sunt nunc facta, et illa, quae sunt infra millesimum annum, essent simul, saltem similitate secundum substantiam. Si nec secundum substantiam, nec secundum esse est possibile, igitur (etc.)».

ANTONIUS ANDREAE, *Quaestiones super XII libros Metaphysicae*, Venetiis, 1491, p. 15va: «Sed contra istam opinionem [...] arguitur [...] sic: illa dicuntur simul, quae sunt in eodem nunc indivisibili. Si ergo idem est nunc in toto tempore, ergo quae fuerunt in millesimo anno et quae sunt hodie erunt simul, quod est falsum evidenter».

<sup>50</sup> *Ivi*, f. 26ra-b: «Tempus est duplex, scilicet commune et spatiale [...] Primum [...] respondet motui primo pro mensura, [...] secundum [...] est numerus motus [...] et tale tempus spatiale est propria mensura motus inferioris, ita quod quot sunt motus particulares, tot sunt tempora huiusmodi spatialis. Tempus est idem realiter cum motu, ita et nunc cum mutato esse. Tamen cum illa identitate reali stat aliqua distinctio ex natura rei, vel saltem secundum rationem [...] Tempus commune, quod est passio primi motus, distinguitur realiter a motu inferiori [...] Tamen hoc non obstante quodlibet tempus est idem realiter cum proprio motu, cuius est passio et propria mensura.

Cum dicitur quod mensura et mensuratum differunt realiter, dico quod verum est de mensura extrinseca, et sic comparando tempus commune ad motus inferiores».

*Ivi*, f. 15vb: «Nunc est aliud et aliud secundum substantiam in toto tempore».



our author modelled his questions on the ones by Antonius, still it seems plausible enough that he may have known them.

The final reference point is Landulf of Caracciolo, who was the only contemporary philosopher quoted by name and with approval by the author of our questions. Beside the 'definition' of time as continuous quantity we can find a number of other propositions and concepts that seem to come from his commentary on the *Sentences*. The most noteworthy is the distinction between the instant of time, which measures the indivisibles in changes, and the instant of nature, which measures the being and not-being of things. It seems that the distinction between the *signa realia*, *signa naturalia* and *signa rationis*, the first of which cannot be assigned to an instant, in contrast to the other two, also comes from Landulf's work.<sup>51</sup>

Putting everything together, we can offer a few words of conclusion. The *Quaestiones in libros Physicorum* is, indeed, a Scotist work. It is a skilfully prepared, though not very original, piece of scholastic commentary. Its author borrows his opinions from authors, whose credentials as exponents of 'pure' teaching of Scotus are strong (but much less from Scotus himself), and argues against the views of those thinkers, who were openly critical towards the teachings of the Subtle Doctor, most of all Peter Auriol. He is well informed of the opinions circulating among the Franciscan scholars in Paris at the turning of the first and second quarter of the 14<sup>th</sup> century and is able to assess their proximity to or distance from the doctrine of Duns Scotus. In this way, his work is a valuable document of the early development of Scotism.

---

<sup>51</sup> Cf. N. KRETZMANN, *Continuity, Contrariety, Contradiction and Change*, in N. Kretzmann (ed.), *Infinity and Continuity in Ancient and Medieval Thought*, Ithaca & London, Cornell University Press, 1982, pp. 276-280.

*Estratto dal volume:*

TEMPUS AEVUM  
AETERNITAS

LA CONCETTUALIZZAZIONE DEL TEMPO  
NEL PENSIERO TARDOMEDIEVALE

Atti del Colloquio Internazionale

Trieste, 4-6 marzo 1999

A CURA DI

GUIDO ALLINEY e LUCIANO COVA